



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De Testamentis, Codicillis, & ultimis voluntatibus. Pars II. De  
Hærede, & Hæreditate. Pars III. De Legitima Trebellianica, & aliis  
Detractionibus

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1690**

Svmma Sive Compendium Eorum, quæ in foro magis practicabilia,  
continentur hac Par. III de Legitima, & Trebellianica, aliisque  
Detractionibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74043](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74043)

# S U M M A S I V E C O M P E N D I U M

Eorum, quæ in foro magis practicabilia, continentur Par. III. de Legitima, & Trebellianica, aliisque Detractionibus.

## INDEX RUBRICARVM.

- I.
  - Quo jure introducta sit legitima, & an per legem positivam tolli possit, & quibus debita sit. *anum. 1. ad 17.*
  - II.
  - Quantas sit legitima; Et de modo calculandi aitem, ex quo est detrahenda. *anum. 18. ad 30.*
  - III.
  - Quomodo legitima relinquuntur, & in quibus bonis; Et an pro ea debentur fructus, vel usuræ. *anum. 31. ad 37.*
  - IV.
  - De prohibitionibus, ac oneribus, quæ legitimæ adiificantur, an & quando subsistant, vel acceptata censeantur. *anum. 38. ad 43.*
  - V.
  - An, & quando legitima amittatur ob non consequentum inventarium, sive quando licet denegari valeat, vel e converso etiam in vita petatur. *ann. 44. ad 48.*
  - VI.
  - De imputationibus, quæ in legitimam fiant, *anum. 49. ad 51.*
  - VII.
  - De legitimæ solutione, vel consumptione, ac de alienationibus, aliisque consumptionibus ad eam referendis. *anum. 58. ad 59.*
  - VIII.
  - De transmissione legitimæ ad heredes, vel creditores; Ac de judicialibus remedii pro ejus asequectione competentibus, aliisque ad materiam pertinentibus. *anum. 60. ad 64.*
  - IX.
  - De trebellianica. *anum. 65. ad 71.*
  - X.
  - Defalcidia. *anum. 72. ad 73.*
  - XI.
  - De melioramentis. *num. 74.*
  - XII.
  - De aliis detractionibus accidentalibus. *n. 75. & 76.*
- S U M M A R I U M.**
- 1** *D* E obligatione parentum alendi liberos, & quomodo.
  - 2** *E*x hac obligatione prodiit altera delinqüendi legitimam.
  - 3** *Q* uod legitimam sit de jure positivo, & quare dicatur de jure nature.
  - 4** *L*egitima per Statuta potest minui, vel etiam tolli in totum.
  - 5** *D*ebita est soluta liberis legitimis. & naturalibus.
  - 6** *D*eberunt etiam filii divitib[us], ac alii n[on]d[e] provisis.
- 7 *T*am masculis, quam feminis sublata sexu[m] rentia.
  - 8 *C*onclusio de quanum. 5. precedit quoad patrem, parentes lateris paterni, non autem quoad matrem, & quando ista quoque non teneatur ad legitimam.
  - 9 *A*n & quando legitima debeatur filio legitimam per rescriptum.
  - 10 *In* legitimatis per subsequens matrimonium p[ro]cedit conclusio, de qua num. 5.
  - 11 *Q*uid de adoptivis remissive.
  - 12 *P*arentibus quoque per liberos debita est legitimam & quomodo.
  - 13 *S*i quis habet parentes, & liberos, erga tantum est obligatio.
  - 14 *Q*uod alementa parentibus potius, quam liberos debantur.
  - 15 *A*n filiorum illegitimorum, vel legitimorum ligatio sit erga parentes circa legitimam.
  - 16 *F*ratribus non debetur legitima, nisi usurpiata insitua.
  - 17 *L*egima debita parentibus dicitur quoque de nature, ut illa liberorum.
- II.
- 18 *E*striens intrâ certum numerum, & ultram misse, in fratre autem quarta.
  - 19 *Q*uomodo debeantur nepotibus ex filiis predictis.
  - 20 *D*e modo numerandi filios de jure communis, si adiunt incapaes, vel exhereditati.
  - 21 *A*n & quando feminæ a Statuto exclusa faciunt numerum, & partem, distinguuntur.
  - 22 *L*egima potest per Statutum etiam augeri, darur causas.
  - 23 *E*st quota ejus, quod remanet, detracto ex alieno, non autem confessato tantum.
  - 24 *Q*uid ubi adiunt debita incerta, vel illiquid, & iugosa.
  - 25 *Incalculo assis veniunt etiam distracti in viuis causa[bus] lucrative.*
  - 26 *S*ub nomine causa lucrative venit etiam debita solum confessatum.
  - 27 *D*otes constituta filiabus angent aitem, & variante in calculo.
  - 28 *Q*uando secus.
  - 29 *D*e augmento, vel decremente intermedio, sive libero, vel damno cedar.
  - 30 *A*n veniant in calculo assis bona aliena, de quibus parens habet ius disponendi.
- III.
- 31 *L*egima debet relinquere iustulo honorabilis institutionis, alias testamentum corruit.
  - 32 *F*allit in militibus, & in clericis.
  - 33 *S*ed clausule salutares substituent testamentum re fideicommissi.

- 34 In isto casu filii non detrahunt duas quasias.  
 35 An debet constare quod clausata adjecta sint de voluntate restatoris.  
 36 Legitima debita si in corporibus non autem in pecunia, vel mobilibus, aut usfructu, tam descendenteribus, quam ascenderibus, quod declaratur.  
 37 Enim pro legitima, quando, & quomodo debentur.

## IV.

- 38 Super legitima, vel dote ejus loco succedente, non imponuntur onera.  
 39 Quando omnia censeatur acceptatum, dantur plures distinctiones, & de cuncta Soccini, vel aquiliorum, ac de privilegio legitime circa mentionem speciem.  
 40 Quid ubi filii fuerint presentes testamento.  
 41 Vel ubi agatur de onore adjecto per actum inter vivos.  
 42 Quando onera super legitima dicantur favorabili, ut, si subsisterant, praesertim in casu delitii.  
 43 Et quid in substitutione reciproca.

## V.

- 44 Legitima negatur ex causis ingratitudinis ex hac relationem permittentibus.  
 45 An id refractum sit ad causas in jure expressas, vel ex aliis praesertim ex causa delicti in exclusionem fisci.  
 46 De Statutis tollentibus legitimam proficentibus in Religione.  
 47 An amittatur ob non confectum inventarium, & de effectione non amissioni.  
 48 Non datur legitima in bonis viventis, sed an si quis pro delicto filii eam petat.

## VI.

- 49 Quod obtinetur per ultimam voluntatem parentis imputatur secundum autem quod inter vivos.  
 50 Declaraturs ista regula generalis praesertim in fiducis, & officiis, & majoribus, & alii datis, vel debitibus solutis, & quomodo in materia procedendum sit.  
 51 De imputatione dotis data si tabus, vel donationis contemplacione matrimonii.

## VII.

- 52 Quod frequentes sint questiones super solutione, vel consumptione legitime, aliisrumque detractionum occasione fideicommissorum.  
 53 De distinctione, cum qua iste questiones deciduntur inter successorem universalem, & particularem, aliasque causas.  
 54 Primo alienata censeatur electa in causam legitime, & quando.  
 55 Vis est tempore, de quo constare debet, quando alienatio facta sit.  
 56 Quales actus veniant sub nomine alienationum adhuc effectum, & praesertim impositio census, vel receptio necessaria.  
 57 Quomodo ista materia practicanda sit.  
 58 Quid de mobilibus, vel juribus vitalitiis.  
 59 Et quid de fractibus.

## VIII.

- 60 Legitima transmittitur ad heredes, sed non ad filium panalem.  
 61 An transmittatur jus rejiciendi onus a legitima.  
 62 An credidores jus habeant in legitima delata, & non agita.  
 63 An pro legitima competat via executiva.  
 64 De alia ad materiam legitimare missive.

## IX.

- 65 De differentiis inter legitimam, & trebellianicam, atque ita de pluribus ad trebellianicam materiam.  
 66 Trebellianica an posset prohiberi filii primi gradus.  
 67 Etiam tacita prohibitio attenditur, & quando adesse dicatur.  
 68 Liberi detrahunt trebellianicam non prohibitam, quamvis obtineant legitimam.  
 69 De privilegio Ecclesie, vel pice causa circa trebellianicam, & falcidiem, & quid in concurso alterius pia causa.  
 70 Extraneus hares imputat fructus in trebellianicam, & an alienatio facta ante perceptionem fructuum imputetur.  
 71 In trebellianica procedunt ea omnia, qua de presumpta consumptione, vel de non ammissione ob defectum inventarii, ac alia dicta sunt in legitima.

## X.

- 72 Que dicuntur de trebellianica, regulariter in omnibus procedunt in falcidia praterquam in ammissione ob defectum inventarii.  
 73 An falcidia debeatur integra de legatis non privilegiatis, etiam pro privilegiatis.

## XI.

- 74 De materia detractionis melioramentorum.  
 75 De detractionis accidentibus praesertim eris alieni soluti, de differentia inier legales, & accidentales, seu considentes in quota, vel quantitate.  
 76 De aliis ad materiam detractionum accidentium.

## I.

*Quo jure introducta sit legitima; Et an per legem possivam tolli possit, & quibus debita sit.*

**N**atura (in brutis quoque ita docente), parentibus instam esse obligationem, filios alendi, quoisque in imbecilli statu existentes, sibi victim comparare non possunt; Ex hoc instinctu, mota lex civilis, hanc obligationem, humano generi, atque rationalibus animalibus injonxit, cum eadem subsidii qualitate, quoisque filii se ipsos, cum labore vel industria alcere valeant, non tamen ad precios naturae necessitatis limites, sed ad illos congruentie se restringendo tale onus inter matrem, & patrem dividendo, ut prima laetitiam triennalis incumbat obligatio; Alterius autem indefinita sit, donec indigentia exigat; Eodem onere ad ulteriores mediatus parentes extenso, si ab immediatis, ob mortem, vel inopiam expleri non valeat.

Hujus vero oneris loco, in bonis morientis patris, vel matris, alteriusve parentis, qui immediatus censeatur, lex civilis legitime de necessitate relinquenda obligationem introduxit, Indeque manat Juristarum assumptum, ut ex naturali jure, istud onus manet, ex eo scilicet natura impulsu, quem lex civilis ad id statuendum habuit, cum verior sententia doceat, ut ipsis legis civilis, tam in substantia, quam in quota, vel modo, inventum seu beneficium sit.

Atque hinc in foro magis recepta propositio descendit, ut per leges municipales, ea moderari, vel diminui, sive omnino tolli valeat, prout Statutorum, quæ foeminas, earumque descendentes excludunt, recepta praxis docet; Id etenim legi positivæ

De LUCA  
De  
statu  
et cat  
GVI  
g

positiva non concederetur, si lex naturae decernet, cui humana potestas non derogat. disc. i. *cum plurib. seqq. & disc. io.*

Illudque potissimum argumentum est, ut legitimae substantia, positivi juris beneficium, vel inventum sit, quod iis tantum liberis debeatur, quos eadem lex positiva, verè, ac propriè legitimos reputat, non autem illegitimis, cum quibus idem, & coequalis est instinctus naturae, quæ has distinctiones non agnoscit. Ac etiam quia (ut præmissum est), ea naturalis alendi obligatio, cuius loco subrogata esse legitimam, Juristi dicunt, erga imbecilles, ac indigentes subsidiaria solum est, ita verò legitimæ, indefinita est, etiam erga divites, benèque aliundè provisos.

Legitimorum quoque differentiam, antiqua lex civilis induxit, inter masculos, & feminas, quam natura non facit, quamvis eadem civilis lex novissima, sexus, agnationis, & cognationis differentia sublata, omnibus liberis, qui verè legitimi sint, neque infectæ radicis vitium habeant, legitimam defera.

Eandem legitimorum, vel illegitimorum differentiam, in patre, aliisque paterni lateris parentibus tantum lex statuit, non autem in matre, aliisque materni lateris parentibus, quorum indefinita est obligatio, sive legitimæ, sive illegitimæ. Nisi de matre illustri agatur, quæ filios legitimos habeat, ipsi que illegitimi, juxta legis civilis rigores, spuri censentur, sive de filiis ex damnato punibili coitu suscepis.

Eis verò, quos factè legitimos lex fingit, quamvis natura illegitimi sint, quia nempè ex Principiis, vel Magistratus ad id potestatem habentis beneficio legitimatis natalibus restituti sint, (quos vè legitimatos per rescriptum vulgo dicimus), lex eandem legitimam defert, quorum adeò pura, & ampla sit legitimatio, de plus parentis assensu per inferiorum Magistratum concessa, vel sine eo per supremum Principem, cui tollendi jus tertii, ac legibus, dispensandi sit potestas, ut in oīibus verè legitimorum iure habendis sint.

Ubi verò legitimatio, clausula præservativa iurium ab intestato venientium, expresè munita sit, vel per legem subintelligi debeat, ut Pii V. Apologetica Constitutio statuit; Tunc quamvis ex magis communi, receptoque sensu, ista quoque vera legitimatio sit, non autem dispensatio, (ut aliorum minus communis opinio credit), non tamen necessarium est jus legitimæ, sed voluntarium, quantum nempè ita eam relinquere patri placeat, ideoque ab invito peti non valet, neque contratabulandi testamentum jus competit. disc. 12.

Illiis verò, quos illegitimè natos, per subsequens matrimonium, legitimos lex reputat, ea omnia congruunt, quæ de verè legitimis dicta sunt, cum data, validi, ac legitimè matrimonii potestis de tempore procreationis, lex ad illud tempus subsequetur matrimonium retrotrahat, perinde ac si ex tunc sequutum esset,

Adoptivorum, sive arrogatorum usus, qui apud antiquos Romanos nimium frequens erat, hodie penè abolitus, nimiumque rarus est. Vel si est, eam habere non solet formam, quam tunc praxis dabit, ut legitimæ, vel contratabulationis jus produceret, ideoque forus, in adoptivis legitimæ quæstiones non audit, illæque scholarum exercitiū remanent.

Liberorum quoque è converso, erga parentes, eadem vicissitudinaria est obligatio, filiorum scilicet erga utrumque parentem immediatum; Hisque

non extantibus, erga eos mediatos, qui sublati medio, immediati sint; Quatenus tamen ex filiis proprii non super sint liberi, quorum prior est legitima causa, eodem modo, quo regulatur interdies successio, parentibus exclusis.

Idque etiam comprobatur, ut juris civilis huc inventum sit, non autem naturæ; Minusque vera, si omnimoda sit aliorum subrogatio, cum probabilius, magisque recepta sententia sit, ut in almentis, parentum potius, quam liberorum, suæ conditio melior, ob duplex naturæ, atque gratitudine vel antidoralis obligationis vinculum; Quamvis de facto contrarium praxis doceat, ut ob proprios filios, de parentum excoriatione, homines solliciti.

Ista verò liberorum obligatio erga patrem, si que paterni lateris ascendentēs, eandem legitimatis qualitatem exigunt, ut in casu converso, est illa patris, aliorumque hujus lateris parentum erga filios. Ea summa cadente quæstione, in qua opinionem diversitas habetur, quoties de legitimatis agatur, vicissitudinarij sit jus, quia nempè legitimatis talis, ut erga filios hoc onus in patre producat, si idem è converso dicendum sit, ob eam differentiationem, quod filius innocens, pater autem in hac illegitima susceptione reputatur; Ac eum quia pater, legitimationem in sui præjudicium continere potest, non autem, ut lucrum exinde aptet.

In matre autem, si quisque materni lateris ascendentibus, idem jus vicissitudinarij quod reguliter in successione attenditur, intrare videtur.

Fratribus nulla debita est legitimæ, nisi quando turpis persona instituto per fratrem facta sit, ut in testamen. disc. 61.

Quamvis autem inter liberos, ac parentes, in opinione discrimen constitutum, ut primis ex iunctura legitima debita sit, non autem aliis, exinde ad plures inferatur effectus; Verior tamen, magis que recepta est diversa sententia, ut idem sit liberum, ac parentum jus, quod verè positivum, non rā tamen, impripiè, ac specie naturali impedit, vel infinitu dicitur, ideoque eadem sit utriusque generis conditio disc. 10.

## II.

*Quanta sit legitimæ; Et de modo calculandi a seminando quo est detrahenda.*

Quotitativa est porcio per jus antiquum in quodrante, per novum autem constituta in triennio affis, quod (ære alieno detracto, non autem legitime) de tempore mortis remanet, ubi filiorum numerus quaternarium non excedat; Ubi verò plures efficiuntur, est in semisse, quem non excedit, quodcumque sit eorum numerus, per capita attendendus, matrimoniorum diversitate non curata, et quibus suscepit fuerint; Fratrum autem in antiqua quota remanet, ubi ob turpis persona institutio, ne, ea intret.

Nepotum vero computatio, qui ex filio predefuncto sint, aliorum filiorum, vel nepotum ex ei concursu cessante, in capita quoque facienda efficitur; Ubi verò de nepotum ex filio predefuncto concursu agatur, cum altero filio primogradus, tunc in stirpes sit numeratio, ut scilicet nepotes quoque sint, unicam defecili parentis personam constituant. Dicto autem concursu, vel representationis necessitate cessante, si concursus sit inter solos nepotes ex pluribus filiis predefunctis; Quamvis generales iuris regulæ, ac rationes numerationem in capita ex-

gere videantur; Quia verò in contrarium legem claram habemus, ut in stirpes ea fiat, tanta que sit portio unius ex uno, quanta plurium ex altero, parentum personis attentis; Hinc proinde, legem servare oportet. *diss. 8.*

Planus igitur hic numerandi modus est, ubi omnium liberorum, quibus hoc legitimus ius competit, eadem sit illam obtinendi potestas, & voluntas; Questiones autem, (juris communis dispositione solum attenta), super hoc numerandi modo cadunt, ubi adhuc filii professi in Religione, quæ in communi quoque sit incapax, seu ex hereditati, vel quod alias per realim exclusionem, pro non extantibus habendis sint, quod inter ea, quæ in foro particulariter agere occasio dedit, non contigit, ideoque apud tractantes materiam videndum est.

Frequenter autem questiones, forus audit in locis, in quibus vigeant Statuta seminarum exclusiva, quæ in Italia potissimum adeò frequentia sunt, an scilicet feminæ exclusæ, faciant numerum & quatenus illum faciant, an, & cuius favore partem faciant.

Quamvis autem nūmum involuta sit materia, ob Scribentium sensus varios; Ab ea tamen distinguitur, ne verius deciso penderit, an Statutum extraneam faciat feminam, cuius dos ab eodem Statuto demandata, loco legitima non succedit; Vel è converso retineat suitatem, ideoque dos legitima subrogata sit; Ut hoc secundo casu faciat numerum, argue ex eius parte dos detrahatur, quatenus eam confituisse oporteat, reliquum vero, juxta unam sententiam, commodo hæreditatis parentis cedat; Juxta vero alteram, commodo masculorum exclusendum, ut in sua sede, super parte quidem, non autem super numero cadente questione.

In priori autem casu, in quo extranea reputetur, ac propter eos loco legitima non succedit, facit, vel non faciat numerum, prout masculi excludentibus magis expediatur, quatenus tamen ipsi in una, vel altera electione concordent.

Eis vero discordentibus, potior est conditio eorum, qui eligant id quod magis utile sit filii, uti filii, neglego sensu eorum, qui hæreditario potius, quam filialin nomine, vel jure contrarium pertant.

In concuso autem filiorum ex pluribus matrimonii; Ubi de matris, vel ascendentis linea materna successione agatur, adeò ut in masculis unius matrimonii non urgat illa ratio agnationis quæ causa exclusionis, planum est feminarum numero locum esse ad juris communis limites, ut post extracsum Statuti; Cadente questione circa partem, an scilicet sibi ipsi feminam exclusa eam faciat, vel potius germano fratri eius portio accrescat; Id que sub non modica est ambiguitate, probabilior autem censetur hæc pars posterior, ut germano fratri, cui Statuti exclusiva ratio congruat, portio feminæ exclusæ accrescat.

Ista que omnia cum presupposito, ut firma testatur, cum presupposito, quæ feminam extraneam faciat, secus autem si eam tollat voluntas parentis, qui potest eam suitam restituere, nulla cadente questione potestas, quæ solum est voluntatis. *de his omnibus diss. 1. ad 7.*

Sicut autem per Statuta, aliasque leges municipales eorum, qui ad id sufficientem habeant potestem, legitima minui, quinimo in totum adiminetur; Ita è converso augeri; Ideoque ubi filiorum necessaria successio, in tota, vel in majori quora demandata sit, ut præstertim pro frequentiori contingencia in dote materna praxis docet, totum id, quod Card. de Luca P. III. de Legit.

hæc necessaria successio importat, adiunctæ legitimæ naturam sortiri dicuntur, atque de consequenti, voluntario gravamini non subjecet. *tit. de dote diss. 103. cum seqq.*

In assis autem hæreditarii calculo, ex quo legitima detrahenda est, æris alieni, ex causa onerosa, & vera, non autem solum confessata, detractio prius facienda vénit; ejus vero quod remanet, quota superiorius expressa pro legitima debetur, nulla in muliere, dotalium, vel extradoralium distinctione admissa.

Quæstione cadente, super eo ære alieno, quod incertum, vel illiquid sit, an illud quoque prius detrahi debeat, ut æquivalentia bona quoque liquidatio sequatur penes hæredem remaneant, cum obligatione refundendiis, quibus legitima debita est, postquam indebitum detectum sit; Vel potius totius, quod superest, cum hoc onere, congruisque cautionibus, repartitio facienda sit; Itaque posterior pars est probabilior.

Pro extantibus vero habenda sunt ea bona, vel jura, quæ inter vivos, etiam cum subsequuta tradizione ex donatione, aliave lucrativa causa, distracta sint, ideoque sub calculo veniant pro impinguatione quota, quæ tamen ex restantibus bonis detrahenda est, non autem ex jam distractis; Nisi quatenus subsidiæ ratio exigat, quia nempe extantia non sufficiunt, vel deteriora sint, adeò ut debitis aequalitatibus, seu proportioni per legem requisitis, non remaneat consultum, ne alias ex deterioribus, ac infructiferis, legitimam accipere oporteat.

Sub causæ lucrativæ nomine, vel specie, illud æ alienum quoque venit, quod soli confessioni, abs alio administrorum fomento innixum sit, adeò ut probabilis cadat suspicio fraudis, quæ ita legi fieret.

Ac etiam dotes, quæ filiabus date sint, in eodem calculo veniunt, cum respectu mulieris, cui dos tradita, vel constituta sit, lucrativa causa doti inesse ceatur, neque aliquarum filiarum dotes, aliorum filiorum legitimam debeat minuere. *De his circa calculum diss. 19.*

Nisi de illis agatur dotebus, quæ feminis exclusis, tanquam extraneis constituenda sint, ubi masculi excludentes eas non numerari elegant, cum tunc æris alieni naturam habcant, ideoque prius detrahenda sint. *diss. 7.*

Augmenti, vero, vel decrementi casus, qui inter mortem ejus, qui legitima debitor existat, ac detectionem contingat, questione est, cuius commodo, vel incommmodo cedat, atque non modica dignoscitur Juristarum pugna; Probabilius vero est, ut ubi casus, vel temporis effectus esset, legitimam augeat, vel minuat, cum ea quotitativa portio sit, atque æqualis lucri, ac damni alea sit, secus autem ubi culpa, vel industria hæredis id referendum sit. *diss. 15.*

Ea vero bona, de quibus ex alieno judicio defunctus legitima debitor disponat, in ejus assis calculo veniant, de quibus libertatem disponendi habeat absque aliqua præcisâ necessitate, vel restrictione, secus autem hac accidente. *diss. 26.*

### III.

*Quomodo legitimarelinqui debet, & in quibus bonis; Et an pro ea debeantur fructus, vel iusta.*

Honorabilis titulo institutionis, ex jure novissimo, (rejecta liberorum, ac parentum, seu descendenterum, ac ascendentium distinctione) receperunt est ut legitima relinqui debet, atque alias hujus honorabilis tituli omissione, testamentum que-

relax

De LUCA  
De  
flamentis  
et cat.  
GVI  
S

<sup>32</sup> relæ inofficioſi ſubjiciat, Militibus exceptis; Ad quorum inſtar, clericis quoque in coeleti milia certantibus idem compere, una forte magis recepta opinio credit, tit. de teſtamen. diſc. 21.

Rari verò ſunt caſus, in quibus forenſis praxis hanc inofficioſitatem doceat, ob ſalutares clauſulas in teſtamentis de communi ſtylo adjici ſolitas, ob quas, conveſto teſtamento in codicillo, vel in fideicommiſſum, idem eſt eſteſtus, ut ille quialem querelam intentat, ſola legitima contentus, reliquā jure fideicommiſſi, hæredi ſcripto reſtituat. diſc. tit. de teſtamen. diſc. 67.

Quamvis etenim in liberis, illud ſpeciale ſit, ut duplex legitima, ac trebellianica non prohibita detracțio fieri valeat, ubi per fideicommiſſum, parentis hæreditas reſtituenda ſit; In conditionali tamen fideicommiſſo id procedit, in quo una detracțio legitima illicio post mortem fieri dicitur, altera verò trebellianica poſt reſtitutionis factum caſum; Secus autem, ubi de huc puro fideicommiſſo agatur, cum tunc, non mihi legitima detracționis locus fiat, eod. diſc. 57. de teſtam. & plures hoc tit.

Adhuc tamen ex hoc jure direcțo, aliqua reſulta-re ſolente commoda, circa illorum jurium, & actionum exercitum, quod direcțo, non autem oblique hæredilex concedit. eod. diſc. 57.

An autem clauſularum hunc effectum operan-<sup>35</sup> tium adjectiōne, ex teſtantis praecisa voluntate factam eſſe, extrinſecus conſtarē debet, adeo ut huiuſmodi probatione ceſſante, Notariorū ſtylo potius, quam voluntati teſtatoris referenda ſit, ubi potiſſimē de idiota, vel de mulieris diſpoſitione agatur, ſub quaſtione cadit; Probabilior autem ſententia eſt, ut indefinite eadem operatio clauſulis praefari debet, cum ad eam adjiciendas, Notarium & teſtante ex legi præſumptione rogarum eſſe dicendum ſit. diſc. 57. de teſtam.

Cumque quaſtitativa portio ſit, de ſingulis pro-indē bonis hæreditarii, pro quota, ſeu virili, debita eſt atque (ut Juristi dicunt), de qualibet gleba; Ideoque legitima debitor, (ſublata pariter diſterentia inter deſcendentes, & afſcendentes, quam una minus recepta opinio ſtatuit,) eam in pecunia, vel in mobilibus, aliſve in fructuferis, vel deterioribus bonis relinquere, vel aſſignare non potest.

Non tamen Judicis prudens arbitrium refra-n-tum eſt, ut ad ſingulorū honorū ſcīſſuram vitanda, ſive ad aliquorum qualificatorum bonorum unitatē in agnatione conſervandam, aliaſ juſta acedente cauſa, in aliqua inferiori bonorum ſpecie, vel in pecunia, ſive in mobilibus (reſuſeo quod intereft), legitima aſſignet, vel aſſignationem à moriente factam ſublineat; Ideoque propterea certam, ac generalem non recipit regulam, cuicumque caſui applicabilem, ſed ex prudenti judicis arbitrio pro facili qualitate regulando, decisionem recipit.

In uſuſtruſtu propterea, vel fructuferis, legitima ejuſ creditori recipere non tenetur acceptet cum præſervativa exceſſuſi; Si verò, ejuſdem uſuſruſtu juſtam aſtimationem, ex aſte, aliſque circumſtantii regulaſdam, imputare debebit. diſc. 10. & 25.

Fruſtaum cursus. ex bonorum qualitate pen-det; Ubi etenim bona ſtabilia fructufera, vel jura æquipollentia ſint, fructus quoque pro quota, ſeu rata, tanquam dominii ſequela mora non diſiderata, veniunt; Secus autem pro ea rata, qua de pecunia, vel debitorum nominibus, aliſque infruſferis bonis debita ſit; Niſi ea concurrant, quaſe cuilibet privato creditori quantitatibus, uſuras restaу-

tivas, lucri ceſſantis, vel damni emergentis decen-tant; Non quidem ex peculiari jure, vel privilegio legitima, ſed ex jure cuiuſlibet indiferentis crea-toris, quo deterior eſſe non debet creditoris legi-ma, eodem diſc. 10. & 26. & de date diſc. 16. & ſequen-

Ubi verò ex morientis noſa improbatō judec-tu, vel ex inſinuato judicis offiſio, ſive arbitrio, legi-ma creditor, eam in pecunia, vel in bonis infruſ-feris accipere non recuſet, vel cogatur, adhuc men-pro ea rata, quam de jure ex fructuferis aliquid deberet, fructus quoque juris minifterio obtineat. Ad illorum recompensatiōnem fructuſum inſig-nos lox ex aequitate deſeruit venditor, qui re, & pre-ſio careat, cum ita implicita ha-cepit vendito-oc cultari di-atur. ibidem & tit. de uſur. diſc. 28. & 33.

IV.

De prohibitionibus, ac oneribus, que legitime adi-ciantur, an & quando ſuſſant, vel accep-tata cefſantur.

Certa, niſi que plana eſt regula, clarissimi diſpoſitioni innixa, ut legitima, per a liberē debita ſit, ideoque onera, & conditiones non recipiat, quodque ubi adjiciantur, iuri miſterio pro non ſcripsiſ haberi debeat, nullaque in hoc legali, ac neceſſario debito, ſit morientis re-ten-tas; Quare diſputationibus anſam præbebitur creditoris acceptatio, quando ſilicet illa ſequi-dicatur, illius oneris vel conditionis, quae adi-cepit ſit; Idemque quod in legitima diſpoſitione eſt, a dote (qua legitima loco ſuccedat,) quoque locum habere jam recepimus eſt. diſc. 16. cum duobus ſig-nis & de date diſc. 90. & 115.

Super hac vero acceptatione, diſtinzione eſt, a ea deducatur ex ſola hæreditatis adiōne in re diſpoſitionis, qua talem prohibitionem continet, adeo ut ita eadem diſpoſitione in hac parte quoque approbata implicite confeatur; Vel potius ea e-ſpreſſa, cum legitima ſpeciali mentione, ſit neceſſaria.

Iſto etenim ſecondo caſu, in quo acceptandi luntas expreſſa ſit, atque ſpecifica, omnis eſt queſtio, qua in claris, ac expreſſis non datur; Ni error vel falſum præſuppoſitum; Aut confeſſio imperfectionis; Aliav, juris communis, vel munici-palis infeſtio accedit, qua actum viriet, cumque infeſtum, ſive laſtivum, ac reſtitutionis in re-ſtrictum beneficium dignum reputet.

Ubi verò tacite ſeu implicita acceptatione queſtio cadat; Alia tunc diſtinzione eſt, an illa adi-beatur cauſa, quam vulgo pragmatici ſecundum diſ-ſunt, qua nemp̄ per alternatiuam diſpoſitione con-cepta ſit, vel de legitima, vel de hæreditate, ejus majori quota, cum fideicommissi onere integrata gravata, ut unam vel alteram acceptare debet, quodque ubi legitima libera aſſequitur, alia non alſi, quatur diſpoſitionem; Tunc etenim, hæreditatem agnoscendo, atque ita unum ex alteris eligendo, implicita reſultat oneris acceptatio etiam in legitima, quamvis ejuſ mentio ſpeciali non accedit.

Quaſtione cadente ſuper forma huius effectu productiva, an ea praecisa eſt eſteſtus, eo modo quo per Juriftas explicata eſt; Vel ſufficiat, ut per æquipollens adimplatur, ſpectata potius volu-ntatis ſubſtantia, quam verborum formulis, idque detur probabilius, ut in ſua ſede.

Iſta verò cauſa non adhibita, prohi-bitionis qua-riam

quamvis expresa, vel alterius prejudicialis oneris, aut conditionis acceptatio, ex testamenti approbatione generica, vel ex hereditatis agnitione non resultat, cum illud legitimam peculiare sit privilegium, ut specificam exigat mentionem, neque alias ei prejudicatum censetur; Nisi facti circumstantie probent, ut de illa quoque actum, atque cognitum sit, quamvis in verbis id expressum non sit. *De his omnibus dis. 17. & 18. & dicto dis. 90. & 155. dedito.*

Vel quod legitimus creditor, testamenti confessori praesens fuerit, eique consensum accommodaverit. *dis. 16.* Aut quod de dispositione per actionem intervivos agatur, onus annexum habente. *tit. de donat. dis. 1. & seqq.*

Illud autem onus a lege probatum est, quod in ipsius creditoris favorem potius, ejus sine spectato

tendat; Pura quia minori arata durante alienatio-

, vel administratio interdicatur; Sive quod adjicia-

tur prohibito usfructus legalis, qui prohibiti-

onem cessante patri acquireretur; Aut quod substitu-

to in casu delicti, ad confiscationem excludendam,

eam quoque capiat, cum & id, ob spem reintegra-

tionis, ipsius creditoris favorem concernat, sive

ratiabile motivum habeat. *tit. de Regal. dis. 160. & hoc tit. dis. 13. & 14.*

Aliquibus opinantibus, ut reciproca substitutio-

43 inter ipsos filios legitimus creditores, in ea quoque

valida, sarmaque sit, cum in praeorientis commo-

dum tendere potuerit, quatenus ejus superviven-

tiā dedisset casus, qui lassivus, ac prejudicialis di-

cendus non est, ubi aquae ad lucrum, ac damnum se

habere valeat; In praxi vero frequentius id rece-

ptum non videtur, usi tamen est deferendum.

## V.

*An, & quando legitima amittatur ob non confessum inventarium, sive quando licet denegari valet, vel è converso etiam in vita parentis petatur.*

*E*x his causis, ex quibus exhereditatio permitta est, vel alimenta denegare licet, planum est, legitimam negari posse, cum exhereditandi potestas eos percusat, in quibus ob legitimam debitum, intitulationem lez præcipit; In excessu etenim voluntaria est disposicio.

Quæstione cadente, an ad quatuordecim ingratitudinis causas in jure expressas, hæc facultas restringitur, vel ex aliis quoque competat, quibus eadem, vel alia congruat probabilis ratio; Ita que opinio est verior, ut potissimum præcisus docet, ubi ob gravia criminis commissa, vel committenda, ita disponatur; Quamvis etenim una sententia credit, ut lafraude Fisci id fieri vetum sit; Verior tanien, magisque recepta est altera, quo es hujus fraudis argumenta non urgeant, licet aliud rationabile motivum non exprimatur, ut potè in dubio presumendum, clarius autem eo expresso. *dicto dis. 13. & 14. & tit. de Regal. dis. 160.*

An autem Religiosum statum profidentibus, lex municipalis, legitimam ex iuri communis dispositione debitam, denegare, vel delatam auferre valeat, sub quæstione est, ex aliquibus decidenda distinctionibus, ac ponderationibus, de quibus in sua sede. *dis. 28.*

Per inventarii omissionem, ejusvè imperfectam, ac defectivam, & si dolosam confessionem, sive bonorum hereditariorum occultationem, legitimam non amitti, verior sententia credit, altera exposita, quæ contrarium tenet; Quamvis etenim hu-

*Cara. de Luca P. III. de Legit.*

jus posterioris sequaces, inanem dicant priorem sententiam, ob eam obligationem, quæ (cessante inventarii beneficio,) incumbit infolidum de proprio, etiam ultra vires debita, & legata solvendi, Verius tamen est, ut id plerosque producat proficiens effectus; Tum favore ejusdem hereditis inventarii beneficio destituti, adversus universalem fiduciocommissarium, cuius respectu præfata solidi obligatio statuta non est, cum creditorum, ac legatariorum favore tantum id statutum fit; Tum etiam favore anteriorum, vel potiorum creditorum ejus, cui legitima debita sit, live eorum, quibus distracta sint bona in hanc detractionem expresse, vel ex legis præsumptione electa, quamvis dicta solidi obligatio erga creditores, ac legatarios, vel fidicomissarios particulares adhuc vigeat. *dis. 24.*

Viventium legitima non datur, ideoque ejus respetus filius in bonis parentis, qui adhuc vivat, jus non habet cum incertum sit, an supervivere debet, nisi imprudentes, vel fraudulentia parentis dissipationes Judicis officio locum præbeant, ut filiorum indemnitatì consulatur.

Alicubiam, ex legibus peculiaribus, siccus pro filii delicto, seu poena, legitimam à parente adhuc vivo petit, quod nimis exorbitantiam redoleat, ideoque nimis circumspecte ad proximū est deducendum. *dis. 14. & tit. de Regal. dis. 160. & de credito dis. 40.*

## VI.

*De imputationibus, quæ in legitimam fiant.*

*G*enerales regulæ planæ sunt; Affirmativa nempe in ultimis voluntatibus, vel etiam in actibus inter vivos, qui à morte perfectionem recipient; Negativa vero in actibus inter vivos, qui validè, ac perfectè ab initio dominii translationem importent; Quidquid enim filius, vel alter legitimus creditor, ex parentis, vel alterius debitoris ultima voluntate, vel morte obtinet, in legitimam imputatur, secùs autem in eo, quod per actum inter vivos jam perfec-  
tum, datam sit.

Plures vero limitationes Juristæ utriusque regulæ tradunt, atque in eis pro consueta opinionum diversitate se involvunt, ubi præsertim de feudis vel de officiis cum parentis pecunia quæstis agatur, aut de expensis studiorum, ac librorum, & graduum, seu nuptiarum, cum similibus, vel ubi de debitis pro filio solutis.

Verius autem est, ut dantis, vel disponentis expressa, vel conjecturata voluntas totum faciat, id coequo facti potius, quam juris quæstio est, quæ certam in omni casu regulam, seu limitationem non recipiat, sed pro singulorum casuum qualitate, ac circumstantiis decisionem expectat, cum ex eis, in una, & altera specie dispositionis, desumenda sit voluntas, quæ totum facit.

Generalitatibus autem pro consuetis hujusmodi voluntatis quæstionibus, attendendis in casu mere ambiguo, qui nimis rarus est; Sive pro argumen-  
torum hinc inde colluctantium pondere, ut ea, quibus regula, vel præsumptio juris assistit, minora sufficiant, ac aliis præponderent.

In actibus autem inter vivos, qui validè, ac perfectè suum effectum in vita jam operatis sint, voluntas præcedens, vel instantanea pro imputatione atten-  
ditur; Secùs autem si ex intervallo, postquam jam bona ex alio titulo quæsita sint.

Nimium vero operativa est verisimilitudo, quæ generaliter in questionibus voluntatis principatum

De LUCA  
de  
flamentis  
et cat.  
GVI  
S

inter conjecturas, & argumenta obtinet; Atque imputandi voluntate accidente, in eo solum attendenda est, in quo datum in utilitatem versum sit, seu verti debeat; Non autem si debita iniutiliter contracta, dissoluta sint, ad quæ filius cogi non posset; Sive ubi, quamvis verbalis titulus donationis, vel alterius largitionis accedit, in effectu importet onus quod subducendum est, etiam illud, quod ex congruentia, vel honestate ferre oporteat, ut in primogenitiis, ac majoratis, vel dignitatibus, ac officiis contingit, ut in sua sede. *diss. 20.*  
*& seqq. & diss. 25. de hac materia imputationis.*

In dote praesertim, vel in donatione, ex causa matrimoniorum carnalis, vel spiritualis, frequentius ista imputationis questio cadit, in qua pariter totum, eodem modo quo supra voluntas facit, quando expressa, vel conjecturalis adsit; Et vero deficiente, adeo ut in ambiguo, ex sola juris presumptio, seu regula questionem decidere oporteat; Regula est pro imputatione, sive ab ipsomet parente legitima debitore, sive ab altero, ipsius parentis principali intuitu, & contemplatione, data sit; Nisi adeo ejus constitutionem concipi contingat, ut perfectam inter vivos donationem ex alio motivi, quam legalis obligationis factam redolere, lex disponat; Idque pariter pro facti qualitate decidendum est, ideoque certam non recipit regulam cuiuscumque casui applicabilem. *sub tit. de dote, & sub tit. de herede ad materiam collationis, ac etiam hoc tit. locis proxime citat. & tit. de donat.*

## VII.

*De legitima solutione, vel consumptione, ac de alienationibus, atque consumptionibus ad eam referendis.*

**O**mnia frequentius, illas forus audit questiones, occasione prefertim restitutio bonorum parentis ex causa fideicommissi, cum heredes, gravati (cui jus legitima comperat), universales, vel singulares successores, de bonorum retentione, seu de valida distractio in hujus detractionis causam, adversus substitutum bona fideicommissaria vendicante, objicere soleant; Sive è converso, ipsius gravatihæredes, vel creditores, adversus substitutum bona hereditaria possidentem, agere quandoque casus præbet; Potissimum vero in possesso, ac privilegiis judiciis, in quibus legitimi contradictoris questio cadat.

Quamvis autem, ex opinionum, rerumque judicatarum varietate, materia involuta videatur; Eam tamen, eo modo quo possibile est, claram reddidisse visa est distinctio, implicitè per seniores tradita, clarius autem per modernos explicata, inter successorem universalem ejus, cui legitima competit, qui ejus personam representet, suoque jure tantum veniat, adeo ut omnia sibi obstant, quæ ipsius principalis legitima creditori obstant, de quorum genere tam heredes, quam creditores reputantur; Illamque successorem particularem, cui ex titulo singulari, dominii translatio facta sit per alienationem in causam legitima factam, vel quæ ad eam de jure referenda sit.

Priori siquidem casu, legitimi inventarii existentia, nimium proficia, & operativa est; Illo etenim aliorum bonorum negativam probante, donec de contrario doceatur, ejus inspectio in continentia probat consumptio affirmativam, vel negotiavam, ideoque facti, & calculorum questio remanet.

Iuventario autem non assistente, quia omnino

omissum, vel minus legitimum sit; Nisi de aliquo constet alia illicitis alienationibus, nil prejudicat, cum inventarii omissione, legitima omissionem non causet, ut superius firmatum est; Ubi vero de aliis quibus eti modicis alienationibus constet, illæ eti, cum inventarii omissione junctus, consumptio presumptionem inducit, quæ ex consumptio presumptionis legalis natura, vel operatione intentionem fundat ejus, cui assit, atque probatis, ac liquidationis onus in alterum transfundit.

Posteriori vero casu, in quo de tertio possessori titulo singulari dominii translatio agatur, negligi inventarii existentiae, vel omissionis distinctione minusque aliquarum alienationum casu curu possessoris intentio fundata est pro non consumptio legitima, in cuius causam, alienationem referat, donec ab eo, qui jam præcedenter sequitur, consumptio, vel solutionem allegat, id probatur. *de his distinctionibus & iaque materia diss. 21.*  
*30. sub tit. fideicommissis.*

Quamvis etenim legitima, ut potest quotidianus portio, de singulis bonis, vel corporibus debitis Ex quadam tamen æquitate, quam forus receperit, quæ prius distracta sunt, integra ad itam causam referenda veniunt, ut alienatio substitutum, auctoritatis sit; Nisi mala fides hujusmodi auctoritatem cludat, quia nempè meliora distracta sine, debet que proportio non intret. *d. diss. 25. & 30. & ut proximis.*

Quia vero prima alienationes in causam legitima cedunt, atque electæ censentur, ad exclusum delictum, quod alia committeret qui eas fecit; Hinc proinde vis est in tempore, ut prior conditio eorum, quibus prius bona alienata sunt, si quae tunc sint, quamvis postea gravatus alias suerit alienationes, vel dissipatio; Ideoque omnes ejus, qui contraria hujusmodi tertios agendo, videcipiendo, alienationes infringere intendit, probare, quod post jam sequutam legitimam consumptio nem sequuta sint.

Sub alienationum autem nomine adhuc dictum, illæ tantum veniunt, quæ veræ, ac propriæ sunt, per actum formalis translationis dominium, non autem si impræpiræ sunt per solam hypothecam, seu pignus.

Questione cadente in constitutione census, quod acceptam pecuniam, consignativus dicitur, ac veram, ac propriam importet alienationem hujus effectus producivam; Atque veriori opinione contenta, distinctio est inter fundum, super quo illa constitutus est, aliaque bona pro contractus observantia obligata, ut prima bonorum species venient non autem altera, cum isto posteriori causa impræpiræ, & remota alienatio dicatur per solam hypothecam.

Minùsque, sub veræ, ac propriæ alienationis nomine, veniunt illi actus, qui nec essarii sunt potest, quam voluntarii, ideoque non cadat ea ratio dicti, ad quod vitandum, lex primas alienationes in hanc detractionem refert, ut sunt bonorum, vel censuum, aliorumque iurium, retrovenditionis, quas ex legali, vel conventionali retractu facere oporteat, sive nominum debitorum exactiones, vel eorum, quæ servando, servari non possunt, distractio, vel consumptio.

Licet enim de iis, quæ existit nec essarii causa, vel alienatione in hereditate obvenient, rationes reddi debeant, corumque debitor heres existat, adeo ut ipsi, vel ejus successori legitime detractionem competenti exceptio doli, vel satisfactionis obster, nulli

ius restitutis, legitimam, pro rata, & proportione corporum obtinet, quod fieri posse receptum est, ne alias in pecunia legitimam recipere cogatur, ad quod non tenetur loco proxime cit. & tit. defend. difc. 19. Nisi tamen id refert respectu tertii, cu quo postnudum vera alienatio facta sit, ut legitimæ confumptione per dictos actus necessarios adhuc non sequuta, in ejus causam alienatio referatur, id eoque firma maneat, nisi hypothecario acceptorum restitutio ante alienationem, bona in ter- tum translata afficiat.

Discretè vero in omnibus præmissis casibus, ac distinctionibus, omnia hæc intelligenda sunt, pro Judicis prudenti, benèque regulato arbitrio ex facie qualitate, cum omnia ex nuda juris præsumptio- ne manent, qua contraria veritati, vel æquitati, cum cedere debet.

Mobilium, seu vitalitorum jurium, aliorumque ex tempore, vel usu consumptorum, vel perempto- rum imputatio, ad effectum consumptionis, vel solu- tionis legitima, an, & quomodo facienda sit, variæ recipit distinctiones in sua sede recensio- ras.

Fructuum quoque perceptio, contrà, vel præter defuncti judicium, an legitimæ consumptionem, vel solutionem, ipso jure, vel potius ope exceptio- nis, exsulet, pariter varias recipit distinctiones in propria sede deducetas.

## VIII.

De transmissione legitimæ ad hæredes, vel creditores; Ad judicialibus remediis competentibus; A- liisque ad materiam pertinentibus.

Jus consequendi legitimam in genere, ad hæredes quamvis extraneos, etiam antè agitionem transmittit receptionem est; Præterquam ubi de penali fi- co agatur, qui anomalus hæres per annihilationem dicitur, cum ad eum, juris non agiti transmissio non detur, quamvis ad heredem sit transmissibile, nisi locorum leges, vel styliali suadeant. tit. de Re- gal. difc. 160. & plures sub tit. de credito, & hoc tit.

An autem jus rejiciendi à legitimæ onera, & con- ditiones, ad hæredes transmittatur, non declarata ipsius principalis creditoris voluntate rejiciendi, sub quaestione est, in qua alibi magis recepta est affirmativa, alibi verò negativa, ideoque locorum, vel Tribunalium stylis est deferendum, tit. de fidei- comm & tit. de dote difc. 90.

Ad creditores autem, an hoc jus transmittatur, sive an ipsomet legitimæ creditore vivente, atque agnoscente negligente, vel renuente, ejus cre- ditoribus, jus, vel actio ad eam competit, sub quaestione est, in crediti, ac debit materia peracta, cum ibi recentis distinctionibus. tit. de credito difc. 40. & difc. 157. & sequens.

Processum exequitivum pro legitimæ assequi- tione competere, aliquorum est opinio, ex privilegio alimentorum, quorum loco ea subrogata est, ideoque eorum naturam sortiri debeat; Contrarium vero magis receptionem est; Nisi ea legata fuerit, ideoque legatorum privilegium viæ exequitivæ ei communicatum sit; Sive alia celeritatis ratio per li- mitationem regulæ pro facti qualitate id suadeat. tit. de fidei. difc. 19. & hoc tit. difc. ....

Pleraque autem in hac materia cadentia, in ejus absolvitis, ac formalibus transactionibus habentur, cum ex iis, qua in omni materia protestata sunt, Card. de Luca P. III. de Legis.

compendiosa hæc reassumptio, ad ea tantum principalius directa sit, de quibus in foro particulariter agere occasio dederit.

## IX.

De Trebellianica.

Quotam pariter, eo modo quo legitima, ista de- tractio importat, facienda per primum hære- dem, cui per fidicommissum, restitutionis hæreditatis onus injunctum sit; In pluribus autem à legitima hæc detractio differt; Primum nempe circa pro-hibendi potestatem, qua in ista, ut infra, indefinitè competit, in illa vero extra certos casus limitatos, negatur; Secundò circa quotam, cum illa sit in triente, vel respectivè pro filiorum numero in se- misse, ista vero, nulla majoris, vel minoris numeri ratione habita, semper est in quadraente, seu quarta parte; Tertiò in assis hæreditarii calculo, cum pro legitimæ regulatione, solum as alienum onerosum, & corresponditum, (de cuius veritate alias, quam per confessionem constet) detrahatur, nulla ratio- ne habita legatorum, quinim eorum, qua per donationem, vel ex alia lucrativa, & voluntaria causa in vita distracta sunt; In ista vero hæc omnia subducuntur, solumque detrahitur quota ejus, quod sub fidicommissi universalis restitutione ve- nit; Et quartò, quod certis casibus, in istam fru-ctus imputantur, quod in legitima negatur, cum aliis de quibus in discurso.

Super prohibendi potestate, quoties de filiis pri- mi gradus agatur, apud nostros majores, magna, ni- minumque involuta fuit quaestio, acè dubia à plen-aris reputata, ut Cæsarea determinatione digna judicata sit, ea tamen in aliis, qui ex dicto genere non essent, non negata; Verius autem, magisque in foro hodiè receptionem est, ut indefinitè, in filiis etiam primi gradus hæc potestas competit, quod que ubi clara voluntas accedit, nulla in foro digno- scatur quaestio, inter scholasticos, & academicos, pro ingenii exercitio solum disputari solita. difc. 32.

Quia vero forus pariter jam recepit, ut tacita, seu conjecturata voluntas quoque ad id sufficiens reputetur, questiones idcirco, quas desuper forus frequenter agit, facti, ac voluntatis potius quam ju- ris esse cognoscuntur, quando scilicet tales adesse dicantur conjectura, & circumstantia, qua hanc suadeant voluntatem, nimium in hoc se involventibus Juris, potissimum autem, an ex alienationis pro-hibitione, sive à verbis integratatem denotantibus id resulteret, quando scilicet totam, vel integrum hæreditatis, vel bonorum restitutionem fieri mandet, atque super his magnus cognoscitur opinio- num confititus.

Verius autem est, ut id certam, ac generalem regulam non recipiat, sed more aliarum voluntatis quaestionum, pro singulorum casuum qualitate, ac circumstantiis decidendum sit; Eam præ ceteris ponderando, an de filiis primi gradus, vel de aliis agatur, ut primo casu efficaciora desiderati debeat argumenta, ideoque superioris insinuata potestatis quaestio hunc operetur effectum, ut difficiliorem reddat probationem, qua potissimum ex moribus regionis, & qualitate bonorum, quibus di- visio, vel scissura non congruat, regulanda videretur. eod. difc. 32. & sub tit. de fidicommissum.

Prohibitione autem cessante, liberis detractio legitimæ non præjudicat, quin extranç hæredis ju- re censendi, istam quoque detractionem obtineant,

De LUCA  
De  
flamentis  
et cat.  
GVI  
3

68 ita (ut Juristæ dicunt) duas detrahendo quartas, quoties tamen de conditionali fideicommissio agatur, scilicet autem ubi purum sit, sive à parente ita expressè injunctum, sive ob quærelam in officio per clausulas salutares à lege sub intellectum, ut superius insinuatum est.

69 Pia causa substitutæ favor, hanc prohibet detractionem; Quæsiōne cadente, an hoc privilegio locus sit, ubi pia causa medita sit, Sive ubi altera pia causa à quæ privilegiata, quæ fideicommissio gravata sit, de hac detractione contendat, quasi quod ea privilegiorum conquassatio, quæ inter prilegios datur, generali regulæ locum aperiat; Verior autem est diversa opinio, ut adhuc privilegiū suam faciat operationem, nisi facti circumstantia, aliud ex interpretata morientis voluntate suadeant. *dīsc. 34.*

70 Extraneus hæres, in hanc detractionem fructus imputat, non autem laus; Contendentibus Juri-  
stis, an haec imputatio, ita ad suum initium retro-  
hatur, ut ea sequitur, præcedentem iniciati alienationem, quæ in causam hujus detractionis, expre-  
sæ, vel per legis operationem facta sit; Vel potius alienatione firma remanente favore illius, cui facta est, fideicommissaria hæreditati reintroductionis actio competat adversus gravatum; Probabilior autem prior opinio videtur. *dīsc. 33.*

71 Ea vero quæ de consumptione cum primis alienationibus, vel de imputatione in legitimam dicta sunt, huic etiam detractioni congruent; Idemque circa ejus amissionem, quam inventarii omissione non caset, cum ista sit detractione, quæ universali fideicommissio, non autem particulari congruit, ideoque ius novissimum beneficii inventarii inducitum nil desperat statuit, cum solam particularis legatarii, vel fideicommissarii, favore falcidix prohibitionem inducat.

## X.

*De Falcidia.*

72 A Trebellianica ad falcidiā regulariter arguere licitum est, ideoque omnia, quæ in ea insinuata sunt, in ita quoque eodem jure censenda sunt, potissimum circa pia cause privilegium; Vel circa consumptionem; Aut circa duplicitem detractionem, quæ filiis conceditur; Ea notabiliter vigente differenza, quod inventarii omissione, istius amissionem causat, cum ita lex inventarii introductorya statuat. *codem dīsc. 33. & 34.*

Quia vero ius legatis, vel fideicommissis particularibus, frequentius, quam in fideicommisso universali, plurium diversorum generum personarum concursus dari solet, quarum aliquæ à falcidie detractione sunt exemptæ, aliae vero non; Cadit proinde quæstio, an integra hæc detractione, ex non privilegiatis, etiam pro legatis privilegiatis facienda sit, quod varios habet sensus, atque pro facti qualitate, ac verisimili intentione testantis est decidendum.

## XI.

*De Melioramentis.*

73 Separabilium melioramentorum nulla est quæstio, cum ea in meliorantis dominio perseverent, quævis restituere oporteat ea bona, quæ illis occasionem dederunt; Nisi testatoris præceptum eorum detractionem prohibeat; Sive ex ipsius meliorantis distinctione, ita cum aliis bonis restitutioni

subjectis incorporata sint, ut inseparabilium nam-  
ram, seu qualitatem sortiantur, cum tunc insepar-  
abilium jure censenda sint.

Ubi vero de inseparabilibus quæstio sit, eadem generalitates, quæ habentur in feudali, vel in phyteutica materia, quando casus non culposi de-  
volutionis, vel restitutionis agnato facienda sequi-  
tur, insinuata sunt, ad rem faciunt; Ac etiam eis  
quæ habentur in fideicommissorum fidei.

Ut scilicet cessante præcepto detractionis prohibitive, sive non accidente animo donandi, quod minus ratiocinandum sit, ad limites utilitatis, rationis prohibentis locupletationem de alieno competentatis prius culposis deteriorationibus, et quarum reintroductionem cedere prius deberet melioratum, quod, an, & quale sit, facti potius, quæris est, ex facti qualitate, ac peritorum iudicio de-  
cidendum.

Super fructibus, quos pars meliorata produc-  
tias à restatu antiquo non producendis, quæris est, an domini, vel meliorantis esse debent; Si etusque juris rigor eos melioranti denegat, aquo domino refert, cum dominii sequela sint, nequem melioranti, qui aestimationis creditor in quantitate censetur, de jure congruant; Æquitas tamen contrarium magis recipit, ut meliorantis commode cedere debeant.

Ordo judicii quoque frequentiores in foro quæstiones producit, super competentia, vel incompe-  
tentia illius beneficij retentionis, quod aquirauit; Id autem à liquiditate, seu à celeri, veluti oppositione, ac probatione saltim in genere, decisionem recipit, cum pluribus distinctionibus, et declarationibus non de facili sub compendio de-  
cidibus, ideoque in sua sede videbundis.

Mala fides, de qua convincatur ille qui melioravit, hanc refractionem pro una magis rigorosa op-  
tione admittit; Aliquis pœna temeritatis re-  
tentibus; Alii vero præsumpta donationi, aliquatenus lex magis assilit, ubi contraria non urgent argumenta hanc simplicem juris præsumptionem excludentia; Ista vero præsumpta donatione excede-  
rat, verius est, ut refractioni locus sit ad limites insinuata rationis, vel æquitatis prohibentis locupletationem de alieno, cum æquitas canonica, favor privatorum non permittat pœnas, quæ quod inter-  
est excedant.

Super fructuum quoque ex re non meliora perceptorum imputatione, vel compensatione cum melioramentis, quæstio est, quæ varia habentur opiniones; Pro facti autem qualitate verius deciden-  
da est, cum distinctionibus in sua sede deducuntur, generaliter de hac materia melioramentorum. *dīsc. 35.*

## XII.

*De aliis detractionibus accidentalibus.*

Præter eas detractiones quæ in quota consilium  
ut sunt legitima, trebellianica, & falcidia, quibus legalium detractionum terminus congruit; Aliæ omnes in varia quantitate consilientes, acci-  
dentes dicuntur; Ut sunt, superius insinuata detrac-  
tio melioramentorum, nec non altera aris alieni dissoluti, vel fibimet diverso jure competentis, pri-  
liti, vel defensionis, ac recuperationis expensis, sive bonorum antiqui fideicommissi separatio, ac similes,  
quæ testantis prohibitione non accidente, debentur.  
Illa præsertim, quæ ab aris alieni dissolutione pene-  
deat, ea magis rigorosa explosa sententia, quæ fru-  
ctum

Quoniam durante jure suo perceptorum imputationem  
precipit, cum verius fructus jure dominii suos ha-  
resfaciat; istaque detractio, resoluto hereditario  
jure, integra maneat; Namvis testantis monitum  
accedit, ut ex fructibus, aris alieni dissolutio fieri  
debet, cum id consilium potius redolere censeatur,  
ubi dispositionis contextus non doceat, ut sit pra-  
ceptum, quod ubi adsit, ad limites percepti emolu-  
menti servandum est.

Ea vero inter unam, ac alteram legalium, & acci-  
dentalium detractionem, speciem, notabilis diffe-  
renzia dignoscitur, ut in prima quotitativa, ejus ex-  
cepicio, bonorum restitutionem in totum non impa-  
tidat, sed ad quae limites, ideoque fideicommissio-  
nario, vel alteri consimile ius habenti, pro veriori,  
magisque recepta moderna sententia, immissio pro-

indiviso concedenda est; Secundus autem in altera spe-  
cie accidentalium, que in quantitate consistant,  
cum tunc incertum, seu illiquidum sit, quid, &  
quantum, ad unum, vel ad alterum spectare de-  
beat.

In aliis autem, quorum speciem trattationem in  
foco occasio non dedit; Vel circa alienationes in  
earum causam referendas; Sive circa consumptio-  
nis presumptionem ex inventarii omissione, ac alii-  
quibus alienationibus resultantem; Aut circa non  
amissionem ob inventarii omissionem, ac similia,  
que in altera legalium detractionum specie insinua-  
ta sunt, in ista quoque specie accidentalium, parti-  
formiter, & cum eisdem regulis, ac limitatio-  
nibus procedunt.



Q 4

INDEX

De LUCA  
De  
stamentis  
et cat.  
GVI  
S